

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Michaelis Ritii Neapolitani De regibus Francor[um] lib. III**

**Riccio, Michele**

**Basiliae, 1517**

Michaeli ritio patricio neapolitano [...] A. Ianus Parrhasios S. P. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-270905](#)

MICHAELI RITIO PATRICIO NEAPOLITANO  
ciulis & Pontifitij iuris consultis. sacrosancti poten/  
tissimis Gallorum regis a consilio. A. Ianus  
Parrhasius. S. P. D.

**D**ETIS a me uir ornatissime, quid de tuis lucubratio-  
bus in patria historia sentia. Simplicis & aperti inge-  
nij sum. proinde iudicium meum paucis habeto. Coni-  
lum tibi non fuit (ut video) pigmentis ab arte qua-  
sit, rerum gestarum seriem narrare, quum uires alioquin  
abunde suppetarent, sed ab alijs effuse sparsimq; traditam, uelut in  
corpusculum continue digestum colligere, ut eam cognoscere uo-  
lentibus absit inquirendi labor. Evidem non hoc abs te solum fa-  
tis superq; praestitum, sed aliquid etiam plus affirmare non dubitem.  
Nam praterq; quod ad compendium parata sunt, & ex fide reci-  
tantur omnia, si quis intelligit mutari cum temporibus formas & ge-  
nera dicendi, neq; stylum praesentis notae fastidit, inde etiam tibi lau-  
dem facile concedit. Est enim purus, candidus, illaboratus, & qui tu  
am quodammodo nobilitate praeseferat, ut nuper Ampliss. patres at-  
toniti praedicauerunt, dum causam nostri Regis apud Pontificem  
Max. legatus orares. Vt in ceteris ordinis tui, in antiquis & potio-  
ribus amulandis id est studij foret, profecto ius civile tanta scribili-  
ne, Romanaq; linguae, de honestamentis inquinatum non esset. O  
uere felicem Campaniam, si nostrarum partium rebus ex uoto suc-  
cessis, ei contigisset abs te diutius administrari. Non enim magis  
Athenae Solonis, aut Sparta Lycurgi consilio, quam nostra relpu-  
tu. floruisse. Iniqua me hercule fors hominibus nostris inuidit,  
opescit aliarum per te gentium, q; nostras augeri maluit. At illud in  
eius potestate non fuit, auferre, quin absens diu noctuq; cogites, ut  
ab impotenti dominatu, natale solu possis eximere, & dū pro tempore  
tū conditione quiescis, qua licet optimi ciuis consilio fungaris, eiusq;  
memoriā uindices ab interitu, quod nescio an maius putandum sit, q;  
a uiolētissima tyrannide, sub imperiū iusti regis afficerere. quod bene  
ficiū tibi patria bis acceptū refert. quū praestet aeternitati famaeq; p/  
petuo māsura, q; unius atatis ocio consilere. Non est ergo qd' Epito-  
mē tuā supprimas, quæ multū notitia studiois allatura, patria tibi  
q; nomē immortale pariet. Vale decus nostri soli. Mediolani, Kalē-  
dis Octobris. Millelī quingentesimī quinti.